

pniás ex argumento appellatur: quædam li-  
neis albis & resplendentibus præcingitur, Af-  
syrios nuncupata: alia denique terebinthizu-  
sa dicitur, colore callaida gemma imitata.  
Omnes pro amuletis gestari, ac femoribus  
adalligatae, partum accelerare traduntur.

*De Aeneite lapide.* CAP. CLXI.

**A**ETITES lapis, alio dum quatitur intra  
se ac velut in vtero sonante prægnans,  
gravidis, quibus lubricæ & parū tenaces sunt  
vulvæ, partus continet, sinistro earum bra-  
chio adalligatus: sed cùm parturiunt, è bra-  
chio remoueatur, ac femori alligetur, ut ci-  
tra dolores pariant. Furē quoq; deprehendit,  
si quis in pane conditum offerat: sūf enim  
commanducata detinore minimè poterit.  
Quin & si cum eduliis coquatur, furem pro-  
dere & coarguere dicitur: quippe fur quæ  
cum eo decocta fuerint haudquam glu-  
tire poterit. Porrò tritus & cerato exceptus  
cyprino, gleucinóve aut alio quopiam ex-  
calfaciente, comitiales magnificè iuuat.

*De lapide Ophite.* CAP. CLXII.

**I**N hoc lapidum genere quidam est ponde-  
rosus ac niger: alter cinereo colore specta-  
tur, punctis distinctus: tertius lineis quibusdam  
candidis intercinctus est. Omnes alli-  
gati, morsis à serpente & caput dolentibus o-  
pitulantur. Priuatum verò qui lineas habet,  
lethar-

lethargo & capitis doloribus auxiliari prohibetur.

*De Spongiarum lapidibus.*

CAP. CLXIII.

**L**APIDES qui in Spongiis inueniuntur, in vino poti, calculos vesicæ rumpunt.

*De Lithocolla.* CAP. CLXIV.

**L**ITHOCOLLA, seu glutinum, quo lapides ferrum inatatur, mistura est marmoris aut lapidis Parij & taurini glutinis. Potest candente specillo admota incoimodos oculis pilos replicate.

*De Ostracite lapide.* CAP. CLXV.

**O**STRACITES (testæ similitudinem habet, crustosus & in laminas fissilis, quomulieres ad pilos amouendos pro pumice vertuntur. Menses drachmæ pondere potus ex vino sifit: quod si ad dies quatuor à mestrua purgatione drachmarum duarum pondere bibatur, fœminis præstat ne concipient. Cum melle autem impositus, mammarū inflammations lenit, & nomias cohibet.

*De Smyride.* CAP. CLXVI.

**S**MYRIS lapis est, quo annularij sculptores gemmas expurgant, ad septica & caustica medicamenta utilis. Prodest & huimore nimio flaccescientibus gingivis, dentifriciis que commendatur.

*De Arena. CAP. CLXVII.*

**A**RENA litoralis sole feruefacta, hydro-  
picorum corpora resiccat, si capitete-  
nus ea vndique obruantur. Torretur & ad a-  
ridos fatus, pro milio aut sale.

*De Cote. CAP. CLXVIII.*

**E**COTE Naxia quod exacuento ferro de-  
terriunt illitum, alopecias ad pilum redu-  
cit: virginumque mammas cohibet, nec in-  
crescere patitur: potum vero ex aceto, lie-  
nem absimit, & comitalibus prodest.

*De Geode lapide. CAP. CLXIX.*

**G**EODES lapis astringit, siccatur, caligi-  
nes oculorum discutit. Illitus autem ex  
aqua, mammarum testiumque inflamma-  
tiones sedat.

*De Terra. CAP. CLXX.*

**T**ERRA omnis, quæ quidem in medicum  
usu venit, primam ac summam vim  
habet refrigerandi, meatisque obducendi:  
sed specie distat, quum alia hoc vel illo mo-  
do preparata ad alia sit utilis.

*De Terra Eretria. CAP. CLXXI.*

**I**N genere terræ Eretriadis quædam vehe-  
menter alba est, altera cinerea. Optima ve-  
ro habetur ad cinereum coloreim vergens &  
per quam mollis, quæque si per æramenta  
tractim ducatur, violacei coloris linea-  
menta reddit. Lauatur ut cerussa, aut hunc  
in mo-